Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 262

, 150.

12.

Andreæ de Weytra Sermones de Patientia &c.

308b – 315a

Andreæ de Weytra Sermones tres de patientia, et impatientia. Primus incipit: "Patientes estote ad omnes. Apostolus paulus ad illam".

13.

Wilhelmus de pluralitate beneficiorum.

315b – 318a

Rubrica est: "Wilhelmus de pluralitate beneficiorum. Incipit: "Post hoc autem aggrediemur disputare de hoc." Videtur esse fragmentum. Wilhelmus autem verosimiliter est Parisiensis, cujus tractatum de pluralitate beneficiorum protulimus ex Cod: XLIX. n. 37. Huic additæ sunt perbreves conclusiones juridicæ Magistri Georgii de Scherd.

Cod. CCLXII.

Chartac: Fol: Sæc: 15. B 4.3

1. Fol: 1a – 3b

Collatio ad Joannem XXIII. Op: pro susceptione nuncii Græcorum.

Rubrica est: "Collacio ad dominum papam in Concilio Constanciensi pro graciosa susceptione nuncii grecorum facta". Incipit: "Beatissime pater excellentissimum lumen ecclesie." De authore hujus collationis nil mihi constat; Græcorum vero nuntium fuisse Gregorium Archiep: Kivionensem ex Russia, eumque ao 1415. 12. Janua: advenisse dicit van der Hardt T. IV. Act: Conc: Const: in fastis ejusdem pag: 19. In codice nostro vocatur Metropolita Kryoviensis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 262

, 151.

2. Fol: 3b - 10b

Mauricii de Praga tract: I contra Jacob: de Misa de comun: corpor: et sanguinis Xti.

(a) in edit: leg: matrice.

Mauricii de Praga Tractatus I. de commu,
nione corporis, et sanguinis Xti in Concil: Con,
stant: editus contra Jacobellum, seu Jacobum
de Misa. Incipit: "Apostolica docet senten,
cia de viatrice (a) sancta et universalie,
clesia". Librum secundum hujus tractatus re,
censuimus supra in Codice CLXXXVI.
n: 14. Praesens typis excusus legitur apud
van der Hardt Rer: Constant: T. III. Col: 779.
et in Coleti Coll: Conc: T: XVI. Col: 1210.

3. Fol: 10b - 23b

Tract: de veritate corporis Xti in Sacramento.

Inscriptio est: "Tractatus contra negantes
verum corpus Xti vivum remanere post trans,
substanciacionem sub speciebus panis". In,
cipit: "Logor ex professione veritatis theo,
logice respondere verbum".

4. Fol: 23b - 29a

Gebenonis Comentar: in prophetiam S. Hildegard: de Wiklefistis.

Gebenonis Comentarius in prophetiam S. Hil,
degardis de Wiklefistis, ad Moniales de S.
Ruperto missus. Praecedit epistola, quae incipit:
"Venerabili domine N: Priorisse de S. Ruperto
unacum sororibus ibidem Xto servientibus
Gebene dictus prior in Ebirbach &c: Nuper
cum essem apud vos." Commentario praefigi,
tur inscriptio". Prophecia de Wiclefistis.
et ille incipit: "Preterea monuistis ut de
illis hereticis aliqua scriberem de quibus pro,
phetisat et praemunit vos in epistola ad
Colonien." (a)

(a) Haec extat in Bibl: max P. S. Lugdun: T. XXIII. p. 572.

Ne quis putet totum S. Hildegardis prophe,
tiarum librum /: qui Scivias inscribitur :/ mul,
to minus integrum Gebenonis Commentarium
in Codice nostro existere /: utrumque enim vastae

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 262

, 152.

molis est opus. Quod codex noster exhibet, fragmentum est epistolæ ad clerum Coloniensem, Gebenonisque Comentarii in illam, qua de futura Wiclefi hæresi libranius dicta esse suspicabatur.

Gebeno ratione, ut putat Oudinus, Germanus Ord. S. Bened. Prior in Oberbach, Scriptor Speculi futurorum temporum, sive Pentachordi S. Vig. Hildegardis, hoc est: de quinque temporibus. Compendii Prophetianum S. Hildeg. floruit circa ann. 1220. Oudin. de Script. Eccl. T. III. p. 57. et Bern. Pez. T. III Anecd. part. 3. pag. 630.

5. Fol. 29a – 31a

Mauricii de Praga contra propositi Cardin. Veronensis.

Inscriptio præcedit: "Scriptum Magistri Mauricii adversus quardam propositiones per Reverendissimum patrem D. D. Cardinalem veronensem oblatas." Incipit: "Ante omnia necesse est ut fundetur veritas". Propositiones, quas censura perstringit Mauricius, sunt numero 25.

6. Fol. 31a – 31b

Joann. Parvi assertiones damnatæ.

Titulus est: "Sequitur forma condempnacionis novem assertionum que facta est parisius Et petimus quod hec condempnacio per hoc sacrum concilium principalis ecclesia approbetur quemadmodum fit de illis que facte sunt tam in Anglia quam in praga.

Prima assertio est de licita occisione tyranni. Extant in Mansi Supplem. ad Conc. Collect. Coleti Tom. III. col. 1315. et inter Opp. Gersonii edit. Dupin. T. V. p. 327. et 706.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 262

, 153.

7. Fol. 31b – 36a.

Mauricii de Praga Sermo de reformatione ecclesiae.

Mauricii de Praga Sermo de reformatione ecclesie in Conc: Constant: habitus. Epigraphe est: "Sermo de Beata virgine factum (sic) per Magistrum Mauricium". Incipit: "Exurgens Maria abiit &c: Gloriosissimi principes et adlethe ecclesiastice ferarchie Spiritu sancto super ejus reformacione congregati. Quamvis humani facultatem eloquij". Haec oratio eruditis hactenus videtur ignota.

8. Fol: 36a – 43b.

Sermo in Conc: Constant: de assumt: B: V: M:

Inscriptio est: "Sequitur Sermo de assumpcione beate Marie Virginis in concilio constanciensi." Initium: "Positus est thronus matri regis &c: Exigeret profecto Reverendissimi patres." Dicit author, se a Cardinale Cameracensi /: Petro de Alliaco :/ infirmitate praepedito suffectum esse, quo vices ejus ageret in dicendo.

9. Fol: 44a – 47b.

Sermo Jacobi Episc. Laudens. in condemnatione Hieronymi Pragens.

(a) in edit: Supremae.

"Sequitur Sermo episcopi laudensis in condemnacione Jeronimi de praga"; ita titulus, initium vero est: "Superne (a) Trinitatis nomine invocato". Habetur impressus in Rer: Constant: Van der Hardt Tom: III. Col: 54. et in Collect: Concil: Coleti T: XVI. Col: 1350.

Jacobus Arigonius, vulgo de Balardis dictus, Ord: Praed: Laudae Pompejae in Insubribus /: vernacule Lodi :/ Episcopus, posthac ad Sedem

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 262

, 154.

Tergestinam, et ad Urbinatem translatus Con-
-ciliis Pisano, et Constantiensi interesse jus-
-sus, obiit ao 1435. Quetif Script: Ord: Prædicat:
T. I. p: 783.

10. Fol. 47-52.

Bernardi Baptisati Sermo II in Conc: Constant:

"Sermo Bernardi Baptisati Monachi et Abba-
-tis Ord. S. Benedicti Licentiati Sacre Theo-
-logie quem predicavit in conc: Constan. do-
-minica tercia post Pasca ao domini MCCCC
XVj." Ita inscriptio. Incipit: "Plorabitis
et flebitis vos &c: Patres prelati Reverendis-
-simi ceterique patres et domini ac fratres mei
dilectissimi Debilia post primi reserata dog-
-mata verbi me invitavit ad seriem forte ser-
-mo secundus". Durus est hic sermo, et vi-
-tia Cleri tam acerbo ac aperto calamo perstrin-
-git, ut nemo alius. Non reperi eum typis
esse excusum; nam quem von der Hardt
exhibet in Act: Conc: Constant: T. I. p: 879.
ordine tertius est, stilus autem utriquæ æqua-
-lis, unde merito eidem Bernardo adscribi-
-tur. In elencho paginæ primæ codicis
habitus dicitur dominica 3ia post pascha.

Omnis, quæ de Bernardo Baptisato habe-
-tur notitia, in eo est illum Ord: S. Bened: Abba-
-tem in Gasconia, ac Theologiæ fuisse Licenti-
-atum. In nonnullis Codd. mss: vocatur Eberhar-
-dus. Vide Von der Hardt l. c: et T. I in Proleg:
p: 12.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 262

, 155.

11. Fol: 53a – 58b

Jacobi Ep: Laude: Sermo in Exequiis Reg: Arragoniæ

Titulus est: "Sermo Episcopi Laudensis in Exequiis Serenissimi Regis Aragonum die anni MCCCCXVj. VIII Mensis Maij." Incipit: "Rex vero letabitur in deo. ps: LII. Reverendissimi patres et orthodoxi domini".

Idem hic Sermo funebris extat in Collect: Concil: Coleti Tom: XVI. col: 1343. ubi Antonio de Mercede dicti Regis Ferdinandi ad concilium Legato tribuitur; sed perperam, ut videre est ex Quetif T. I. pag: 784. et von der Hardt l: c: T. IV. p: 714.

12. Fol: 59a – 69b

Leonardi de Datis Mag: gen: Ord Præd: Sermo in Conc: Constant:

Leonardi de Datis Magistri generalis Ordinis Prædic: Sermo in Conc: Constant: dictus anno 1416 dominica 1a Quadragesimæ. Inscriptio est: "Sermo generalis ordinis predicatorum factus Constan in Concilio generali prima dominica quadragesime anno domini MCCCCXVj. Incipit: "Reverendissimi patres &c: Super quibus posuit deus orbem. Etsi juxta sacri canonis veritatem". (a)

(a) Iisdem verbis Sermonem suum in Conc: Basil: exorditus est Kalteisen Henr: Vid: Cod: CCLI. n: 15.

Leonardum de Datis, Florentinum, Ord: Prædic: Ministrum generalem fuisse, et in Conc: Constant: aō, et die notatis ad concionem dixisse, Sermonem vero nondum typis prodiisse testis est Quetif: T. I. p. 755. Fertur obiisse aō 1425.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 262

, 156.

13. Fol: 69–79.

Joann. Almar Sermo in Conc. Constant. coram Joann. XXIII. Pp.

Inscriptio est: " Sequitur Sermo magistri Johannis Almar magistri parisiensis factus coram papa Johanne XXIII. in Concil. Constant. Anno domini M°. CCCC°. XV°. die ꝛc. Incipit: " Dominus prope est ꝛc. In hujus mundi desertas solicitudines. De autho, re, ejusque Sermone nullibi quidquam reperi.

14. Fol: 79–89.

Petri de Bruxellis Sermo in Conc. Constant.

Titulus: " Sequitur Sermo Magistri Petri de Bruxellis sacre theologie professoris canonici Ecclesie Constantiensis predicatus in sacro generali concilio Const. In die Annuntiationis Beate Marie virginis anno domini ꝛc 1416 apostolica sede pastoreca, rente. Incipit: " Dominus dabit vobis signum ꝛc. Excedit multumque superemi, net".

Typis nondum excusus est; nam illeque exhibet von der Hardt in Act. Conc. Const. T. I. p. 833. ex codice nostro mutilus esse convincitur. Uberiorem, ac in epigraphe notitiam haurire non licuit.

15. Fol: 90–146.

Wiclefi, Hussi articuli XLV. cum eorum refutatione.

Wiclefi, ac Hussi articuli XLV. extant apud von der Hardt T. IV. p. 1523. et in Collect. Conc. Coleti T. XVI. Col. 846 Sqq: Hos excipit prolixa eorum confutatio per

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 262

, 157.

Theologos Constantienses, quæ incipit: "Quia S: mater Ecclesia ex textibus et Sentenciis evangelicis". Exhibet hanc von der Hardt T. III. p. 212. et Coletus l: c: col: 870. Legg: Sed Bern: Pez in Anecd: T. IV. in dissert: isagog: p. 13. eam adjudicat Stanislao de Znoyma Ord: Prædic: ad fidem cod: ms: an juste, viderint alii.

Stanislaus de Znoyma.

16. Fol: 147ª–165ª

Tract: de comuni: one sub utraqs specie gtra Jacob: de Misa.

Fronti manus aliena, sed coæva inscripsit: "Responsio ad tractatum Jacobelli de comuni, one sub utraque specie". Initium est: "De sumpcione venerabilis preciosique Sacramenti corporis et sanguinis D. N. J. Xti an sufficiat laicis fidelibus sub specie tantum panis illud preciosum corpus et sang. Sacramentum accipere multorum coactus instancia quid mihi videbitur dicam". Fortassis est Andreæ de Broda, pluribus contra Jacobellum scriptis clari, vel Nicolai de Horzepnik Carthusiani. Balb: Boh: docta part: II. p. 192. 184.

17. Fol: 170ª–214ª

Tract: de honestate Clericorum.

"Tractatus pulcher de honestate clericorum" ita in assere antico nominatur. Incipit: "Apparuit enim gloria dei et gracia Salvatoris nostri &c: Jesus Xtus licet omnibus hominibus in carne apparere vellet". Ex his patet eundem tractatum haberi in Cod: LXXXVI. n: 17. ubi Speculum Sacerdotum audit, quemque Hermano de # adscripturus eram. Verum penitior codicis discus;

Schildiz

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 262

, 158.

sio palinodiam canere me jubet. Author enim p: 198 dicit: "Dictum est mihi habuisse talem bonam consuetudinem M: henricum de Hassia tempore vite sue in Wyenna". Viennam autem Parisiis primo petiit Henricus aõ 1379 (a) Hermanus autem de Schildiz diem jam obiit 1357. Praeterea author Polonos vocat suos compatriotas, studuit Pragae, fuitque praedicator in Gorliz.

(a) Ex Haselbachio in Script: eccles: Univers: Vienn: Soc: I. p. 41.

18. Fol: 218a – 232a.

Tractat: de carne et sanguine Xti visibiliter in terra existente.

Tractatus: "Utrum caro aut sanguis Xti visibiliter in sua propria forma totaliter vel secundum aliquam sui partem habeatur hic in terra." Ob quaedam anecdota superstitiosum cultum tangentia memoratu dignus, scriptusque videtur occasione miraculorum, quae a sanguine Christi in Wilznak facta jactabantur. Auctorem Pragensem fuisse Doctorem suspicor: dicit enim pag: 231. "Ecce sumus tres magistri deputati per dominum archiepiscopum ad examinandum homines de quibus predicabant facta fuisse miracula.

Hunc excipit fragmentum tractatus de ecclesia.

19. Fol: 235a – 246a.

Tractat de ecclesia contra Jo: Huss.

"Hic tractatus editus est contra huss. hereticum, et contra ejus tractatum quem de ecclesia appellavit", haec est inscriptio; initium vero: "Modum et formam tradendi ac dogmatisandi de ecclesia catholica in articulo symboli tradidit apostolus &c." Constat undecim capitibus, quorum author,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 262

, 159.

nisi certiora emergant, in tanto Joannem Hus oppugnantium numero, selectu haud facilis ent.

20. Fol. 247a–277a.

Tractat. de superstitionibus et speciebus ejus.

Rubrica est: "Tractatus de superstitionibus et speciebus ejus." Initium: "Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus &c: Constat fidem veram &c". In fine: "Explicit tractatus seu questiones contra incantaciones venerabilis magistri Galbi /seu Salbi/ doctoris in theologia." Eandem anonymum exhibet Lambecius in Bibl. Ces. Coment. edit. Koll. lib. 2. col. 630.

21. Fol. 277b–284a.

Joan. Gersonii tract. de celebr. missæ.

Joannis Gersonii tractatus de celebratione missæ. Incipit: "Dubitatum est apud me frequenter." Extat etiam sub alio titulo in Cod. XLIX. In fine subscriptum est: "Explicit tractatus bonus de celebracione Misse editus a magistro Johane Gason /Gerson/ sacre theologie professore et studii parisiensis Cancellario."

22. Fol. 284a–302b.

Tract. de Canone Missæ

Tractatus de canone Misse. Incipit: "In nomine domini amen. Exigis a me frater dilecis in domino, ut circa canonem missealiquas meditaciones tibi compendiosas depingam." Est pia, et fusa instructio ad Missam

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 262

, 160.

devote celebrandam, cui in fine adnexum est triplex motivum ad frequentiorem celebrationem.

Cod. CCLXIII.

Chartac: Fol: Saec: 14. v. 15.

B 4.4.

Bartholomaei Anglici libb: XX. de proprietatibus rerum.

Bartholomaei Anglici libb: XX. de proprietatibus rerum. In assere antico haec admodum difficulter legi possunt: "Liber de naturis et proprietatibus rerum fratris Bartholomei Anglici ordinis fratrū minorum et in sunt in numero XX libri." Idem dicit rubrica; prooemii autem initium est: "Cum proprietates rerum sequuntur substancias." Codex itaqs noster etiam librum XX. de accidentibus, numeris, ponderibus &c: continet, errore autem librarii libri V. et VI. ultimum locum occupant, unde additum est: "Expliciunt omnes libri proprietatum et iste debuerit esse sextus." Possidet Biblioth: nostra ejusdem operis editionem ab anno 1484. Norimb: per Ant: Koburger. De illa agit Panzer Nürnberg Buchdruckergeschichte. p. 80.

Bartholomaeus Anglicus, ab aliis perperam cum Bartholomaeo de Glanvilla, qui floruit circa añum 1360. mutatus, et ord: Praed: adscriptus; Monachus Ord: Min: et Saeculo XIII. floruisse a Quetif probatur T. I. p. 486.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 262

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27614

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)